

Illustrissimi, Reverendissimi, Spectabiles, ac Magnifici, Perillustres item, & Generosi Domini Nobis observandissimi!

1101 **Q**uandoquidem ex postremò celebratæ Græci Ritûs non uniti Cleri Synodi Relatione inter alia de eo quoque informaretur Sacratissima Sua Majestas, quod idem Clerus occasione Sepulturarum sui Ritûs Hominum in Ecclesiis, & Cæmeteriis sæpissimè impedimentum patiatur, hæcque ex ratione clementer resolvisset Altefata Majestas Sua Sacratissima, ut eadem Synodus, & Clerus passu in hoc præcisè ad clarum Regulamenti præscriptum invieter.

3. Mar.

1777.

Hinc Prætulatis Dominationibus Vestris de altissimo Jussu Regio committendum esse duxit Consilium hoc Regium Locumtenentiale, quatenùs benignas Normales Resolutiones Regias quoad Cæmeteria, & Sepulturas elargitas ritè, & debitè observare, observarique facere, adeoque & Græci Ritûs non uniti Homines hoc in passu nihilò rigidius, verùm per omnia æqualiter prout aliarum Religionum Sectatores tractare tractarique admittere noverint. De Dato 3. Martii 1777.

1256 **D**e Benigno Regulamento Illyrico ex clementissima Ordinatione Regia Typis edito, tanquam pro stabili & constanti in occurrentibus Causis Privilegialibus, Religiosis, aut Clericalibus Norma deserviturum Exemplar Prætulatis Dominationibus Vestris ed Benigno cum Mandato Regio transmittendum esse duxit Regium istud Locumtenentiale Consilium, quatenùs hoc per gremium sui exactè publicari facere, simul verò omni Studio atque Conatu in omnimodam hujus Regulamenti, atque Concernentium Punctorum exactam adimpletionem seridò invigilare noverint. De Dato 13 Martii 1777.

13. Mai.

1777.

601 **Q**uoniam Sua Majestas Sacratissima Honorem Familiaratûs Aulæ Sux Regiæ Fideli suo Egregio Joanni Busán, Comitatus Zagrabienfis Tabulæ Judiciariæ Assessori, in condigna Reflexione Meritorum suorum juxtá, ac per Antenatos ejus positorum benignè contulisset.

1777.

Hinc clementissimam hanc Resolutionem Regiam Prætulatis Dominationibus Vestris de altissimo Jussu finem in eum hiscè intimandam esse duxit Consilium hoc Locumtenentiale Regium, ut eandem in gremio sui more solito publicare noverint. De Dato 13. Martii 1777.

Quan-

J1447-B (1)

